



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XVII. De iis qui sibi mortem consciscunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Matth. 21. larum cantica exercere, nec conuiuia in ecclesia
præparare, quia scriptum est: *Domus mea, domus
orationis vocabitur.*

X.

Non licet super vno altario in vna die duas Mis-
sas dicere: nec in altario vbi episcopus Missas dixe-
rit, vt presbyter in illa die Missas dicat.

XI.

Non licet in vigilia Paschæ ante horam secun-
dam noctis vigilias perexplere, quia in illa nocte
non licet post mediam noctem bibere, nec in na-
tali Domini, nec in reliquis solennitatibus.

XII.

Non licet mortuis, nec eucharistiam, nec oscu-
lum tradi, nec velo vel pallis corpora eorū inuolui.

XIII.

Non licet diacono, velo vel palla scapulas suas
inuolui.

XIV.

Non licet in baptisterio corpora sepeliri.

XV.

Non licet mortuum super mortuum mitti.

XVI.

Non licet die dominico boues iungere, vel alia
opera exercere, nisi pro causis constitutis.

XVII.

Capitular.
l. 7. c. 334.
Iuo part.
10. c. 6.

Quicumque se propria voluntate in aquam ia-
ctauerit, aut collum ligauerit, aut de arbore præ-
cipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet oc-
casione voluntariæ se morti tradiderit, istorum ob-
latio non recipiatur.